Nicolaus <de Lyra> [Oth.]: Biblia latina. [Enth.:] Postilla / Nicolaus de Lyra [u.a.]
Nürnberg: Anton Koberger, 1485 Seite 601



v Sexcenti autem viri ꝛc. parati iuuare illos qui ingressi fuerant ad tollendum predicta si indigerent. Cetera patent vsqꝫ ibi: x Qui cū pergerent ꝛc. Bellatores enim ita fecerunt ne michas et illi qui cum eo erant sequentes talia raperent vel paruulis nocerent: qui defendere se nō possent: y Iamqꝫ: Hic consequenter ꝺscribitur spoliati conquestio. Et patet lr̄a vsqꝫ ibi.
z Deos meos q̊s mihi ꝛc. In hebreo habetur. Et q̇d mihi amplius. q. d. illa que tulistis ita p̄ciosa erāt mihi ꝙ paruꝫ aut nihil apprecior residuuꝫ et sic intelligenda est translatio nostra q̄ habet.
a Et omnia q̄ habeo. non em̄ abstulerunt bona miche alia cum esset de filijs israel. quos spoliare nolebant sed tm̄ acceperūt illa q̄ erant ad cultū idolorum pertinentia quod credebant ptinere ad religiōeꝫ non ad furtū. ⁊ hoc est qđ subditur.
b Caue ne vltra ꝛc. i. cū familia tua ⁊ bonis tuis. Cetera patēt ex supradictis vsqꝫ ibi:
c Erat auteꝫ ꝛc. In hebreo habet. In torrente roob.
d Posueruntqꝫ Hic consequenter describitur spoliorꝫ abusio: quia illis q̄ abstulerant de domo miche abusi sūt ad idolatriam exercendā: ⁊ hoc est qđ dicitur.

d Posuerūtqꝫ sibi sculptile. per hoc intelligūtur alia ad idolatriam pertinētia q̄ sibi posuerūt. s. ad exercendum idolatriam ideo sb̄ditur.
e Et ionathā iste est leuites quē adduxerunt de domo miche. f Ac filios eius sacerdotes predictorum idolorum. g Usqꝫ ad diē captiuitatis sue: que facta est per salmanasar regem assyriorum: vt habetur. iiij. Reg. xvij. et s̄m hanc expositionem li captiuitatis sue refert ad tribuꝫ dan: Hieronymus autem super librū paralip. dicit ꝙ refertur ad domum domini. i. vsqꝫ ad captionē arche p philisteos: que habetur. j. Reguꝫ. iiij. qꝛ tunc trāslatum fuit tabernaculum de sylo: et hoc dictum ꝯsonat lr̄e sequēti cū dr̄: h Mansitqꝫ apud eos idolū

paululū declinasset ingressi sūt domū adolescētis leuite q̇ erat ī domo miche: salutaueruntqꝫ eū verbis pacificis. ᵛsexcenti aūt viri ita vt erāt armati stabāt ante ostium. At illi qui ingressi fuerant domū iuuenis. sculptile et ephot et theraphim atqꝫ ꝯflatile tollere nitebantur et sacerdos stabat ante ostiū sexcentis viris fortissimis haud pcul expectantibus. Tulerūt igit̄ q̇ intrauerāt sculptile ephot et idola atqꝫ cōflatile. Quibꝫ dixit sacerdos. Quid facitis? Cui rn̄derunt. Tace et pone digituꝫ sup os tuū: veniqꝫ nobiscū vt habeamus te patreꝫ ac sacerdotē. Quid tibi meli⁹ ē vt sis sacerdos in domo vni⁹ viri an in vna tribu ⁊ familia in isrl̄. Qđ cū audisset acqeuit sermonibꝫ eorꝫ et tulit ephot et idola ac sculptile: ⁊ pfect⁹ est cuꝫ eis. ˣQui cū pgerēt et ante se ire fecissent puulos ac iumēta: et oē qđ erat p̄ciosuꝫ. ʸiamqꝫ a domo miche essent pcul: viri q̇ habitabant in edibꝫ miche conclamantes secuti sunt. et p⁹ terguꝫ clamare ceperunt. Qui cuꝫ respexissent dixerūt ad michaꝫ Quid tibi vis? Cur clamas? Qui respōdit: ᶻDeos meos quos mihi feci tulistis ⁊ sacerdotē ᵃ⁊ oīa q̄ habeo: et dicitis q̇d tibi ē? Dixeruntqꝫ ei filij dan. ᵇCaue ne vltra loquaris ad nos. et veniāt ad te viri aīo cōcitati: ⁊ ipse cuꝫ oī domo tua pereas. Et sic cepto itinere prexerunt. Uidens aūt micha ꝙ fortiores se essent: reuersus est in domū suā. Sexcenti autem viri tulerūt sacerdotē et q̄ supra diximus: venerūtqꝫ in lais ad pplm̄ q̇escentē atqꝫ securꝫ: et pcusserūt eos ī ore gladij. vrbēqꝫ incēdio tradiderūt: nullo penit⁹ ferente p̄sidium eo ꝙ pcul habitarēt a sydone: ⁊ cū nullo hominū haberēt q̇cq̄ societatis ac negocij: ᶜErat aūt ciuitas sita in regione roob: quā rursuꝫ extruētes hitauerūt in ea: vocato noīe ciuitatis dan: iuxta vocabulū patris sui quē genuerat israel q̄ pri⁹ lais dicebatur ᵈPosuerūtqꝫ sibi sculptile ᵉ⁊ ionathā filiū gersan filij moysi ᶠac filios ei⁹ sacerdotes in tribu dan vsqꝫ ᵍad diem captiuitatis sue. ʰMāsitqꝫ apđ eos idolū miche oī tpe quo fuit dom⁹ dei in sylo. In diebꝫ illis nō erat rex in israel. Ca. xix.

ᵃUit quidā vir leuites hitās in latere mōtis ephraim qui ᵇaccepit vxorē de bethleem iuda. ᶜQue reliqt eū ⁊ reuersa ē ī domū p̄ris sui ī bethleeꝫ. māsit itaqꝫ apđ eū q̄tuor mēsibꝫ. ᵈSecutusqꝫ ē eā vir su⁹ volēsqꝫ recōciliari ei atꝫ blādiri ⁊ secū reducere

ꝛc. q. d. non amplius. Capitulum. xix.

Uit vir quidam. Hic ponitur casus secundus ꝺ vxore leuite que ī ciuitate gabaa mortua fuit ex nimia libidie abutētiū ipa. Circa quod sic pceditur: quia primo describitur hic sceleris ppetratio. scđo ppetrantiū vastatio. xx. ca. tercio vastatorꝫ reparatio. xxj. c. Prima ps diuiditur in tres: qꝛ primo describit̄ occasio peccati. scđo modus perpetrādi: ibi. Illi epulantib⁹. tercio manifestatō facti ibi: Quam cū eēt ingressus. Occasio autem peccati fuit ī hoc ꝙ leuites vxorē suam q̄ recesserat ab eo rduxit per ciuitateꝫ gabaa in qua erāt aliqui homines pessimi ⁊ luxuriosi nimis. Circa hoc igit̄ sic proceditur: quia pri mo describitur vxoris reconciliatio. secundo reconciliate reductio: ibi. Die aūt quarto. tercio in gabaa hospitatio. ibi: Occubuitqꝫ eis sol. Circa primū dicit̄.
b Accepit vxorem de bethleeꝫ iuda. hoc dicituꝛ ad differentiam alterius bethleē que est in tribu zabulon vt supra dictum est xvij. ca.

c Que reliqt euꝫ. In hebreo habet̄: Que fornicata est super eum: et sic in hebreo videtur tāgi causa recessus vtpote. quia pter fornicationē vir eius eiecit eā vel quia ipsa ignorante viro recessit ab eo cum adulterio. et postea non fuit ausa reuerti ad maritum suum ⁊ ideo iuit ad domum patris sui.
d Secutus est eam vir suus volensqꝫ ei reconciliari. sicut frequenter contingit ꝙ viri scientes vxores suas male egisse contra legem thori: adhuc eas tamen reuocant.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-254/0600
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG